

8519 Seio Dalmate ho|mini bono, [q]ui incendio [o]ppres|sus est,
Aurelia | Victorina uxor.

Vragnizzae prope Salonas (III 2519 vedit Mommsen).

8520 [d. m.] | et memoriae aetern. | L. Secundi Octavi, Treveri, | acerbissima morte de|functi, qui cum ex incen|dio seminudus effugis|set, posthabita cura salutis | dum aliquit e flammis eri|pere conatur, ruina pa|rue|tis oppressus naturae socia|lem spiritum corpusque ori|gini reddidit. Cuius excessu graviore damno quam | rei amissione adflicti | Romanius Sollemnis et Secun|di Ianuarius et Antiochus | conliberti merita eius | erga se omnibus exemplis | nobilissima titulo sepul|chri sacraverunt, et | Erophilus in modum frater|nae adfec[er]tionis et ab in|eunte aeta[te] con|discipu|latu et omn[i]b. bonis artibus | copulatissimus amicus, et | sub ascia dedicaverunt.

Vaise prope Lugdunum rep. (XIII 2027 vedit Hirschfeld).

8521 Latro C. Petroni C . . . | ser. annorum XII, a vipe[ra] | percussus septimo die per[it]. | Modestus frater, Philargurus | conservos posuerunt.

Perusiae (XI 2056 vedit Bormann).

8522 Iucundus Liviae Drusi Caesaris¹, | f.² Gryphi et Vitalis. |

In quartum surgens comprehensus deprimor annum, |

cum possem matri dulcis et esse patri. |

Eripuit me saga manus crudelis ubique, |

cum manet in terris et nocit (*sic*) arte sua. |

Vos vestros natos concustodite parentes, |

ni dolor in toto pectore fixsus eat.

Romae, iam Veronae (VI 19747 vedit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 987.

— 1) Cf. supra N. 4751. 8054. — 2) Filius.

8523 C. Galerius¹ | Artemisia . . . | vixit an. XLII, | perit sub sabuc.²

Romae in monumento Statiliarum rep. (VI 6625 vedit Dressel). — 1) Cal-lapis.

— 2) Sambuca, genus machinae (Fest. p. 325, cet.).

8524 Ummidia manes tumulus legit | iste simulque

Primigeni vernae, | quos tulit una dies.

Nam Capitolinae | compressi examine turbae |

supremum fäti competitere¹ | diem. |

Ummidia Ge, et P. Ummidio Primigenio, | vix. an. XIII, P. Ummidius Anoptes lib. fecit.

Romae, iam Neapoli (VI 29456 vedit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 1159.

— 1) Apex formae insolitae, fortasse casui debitus.

8525 | vixit annos X . . . , | obit XVI k. Octo.¹ | ludi. Romani², | Sabina soror, | vix. ann. XIX |

DESSAU, Inscriptiones Latinae II.